1354172

HORIZON

ODE

ILLUSTRISSIMO AC CLARISSIMO

VIRO

IGNATIO KIERSZNIEWSKI

PRESBYTERO JUBILAEO

QUINQUAGINTA ANNORUM

CURATO IN RADLIN PER ANNOS XXVII.

DECANO NEOMESTENSI PER ANNOS XXIII.

OPTIME MERITO

TAM DE ECCLESIA QUAM DE PATRIA

DICATA

IPSO DIE JUBILAEO 2. FEBRUARII

1874.

POSNANIAE.
EXCUSSA TYPIS T. H. DASZKIEWICZ.
1874.

BUP II 162554

Wypożycza się tylko do czytelni

ODE

ILLUSTRISSIMO AC CLARISSIMO

VIRO

IGNATIO KIERSZNIEWSKI

PRESBYTERO JUBILAEO

QUINQUAGINTA ANNORUM

CURATO IN RADLIN PER ANNOS XXVII.

DECANO NEOMESTENSI PER ANNOS XXIII.

OPTIME MERITO

TAM DE ECCLESIA QUAM DE PATRIA

DICATA

IPSO DIE JUBILAEO 2. FEBRUARII

1874.

POSNANIAE.

EXCUSSA TYPIS T. H. DASZKIEWICZ.

1874.

Dar Anny Rzepeckiej -
Poznań.

1354172

HORIZON

ODE

ILLUSTRISSIMO AC CLARISSIMO

VIRO

IGNATIO KIERSZNIEWSKI

PRESBYTERO JUBILAEO

QUINQUAGINTA ANNORUM

CURATO IN RADLIN PER ANNOS XXVII.

DECANO NEOMESTENSI PER ANNOS XXIII.

OPTIME MERITO

TAM DE ECCLESIA QUAM DE PATRIA

DICATA

IPSO DIE JUBILAEO 2. FEBRUARII

1874.

POSNANIAE.
EXCUSSA TYPIS T. H. DASZKIEWICZ.
1874.

162554.II

BIBLJOT. UNIW. W POZNANIU

1932. 2676

Beatus homo, quem Tu erudieris Domine: et de lege tua docueris eum.

Ut mitiges ei a diebus malis: donec fodatur peccatori fovea.

Quia non repellet Dominus plebem suam: et haereditatem suam non derelinquet.

Ps. XCIII. 12—14.

Care Ignati! post tot iam labores
Graves Te sinit diem nunc videre
Laetum, quo potes nobiscum gaudere,
Optimus Deus!

Sub voto Matris Virginis Mariae
Quod perfecisti quinquaginta ante annos
Sacrum ac tremendum Missae sacrificium
Et nunc persolvas!

Simonis diem senex jam probate
Exspectans velis munera videre,
Animo grato Tibi quae offerunt
Amici Tui

Hoc die festo Decanales quoque!
Ast quum in ulnis corpus JESU sacrum
Et corde in Tuo fueris amplexus,
Ut Simon alter,

Propheta sacer in Hierosolima,
Vir senex velis super tot fideles
Manus sacratas imponere et nobis
Benedicendo

Ac vates fari! Prophetiza nobis
Care Ignati! quem sint habituri
Hostes Ecclesiae finem blaterantes
Hiantes atque

Inter profanum vulgus trucidam auram
In caput Christi, virum stabilitum
In petra firma, Papam Pium Nonum
Ejusque clerum!?

Vaticinare! prophetiza nobis
Quando futurum sit, ut gens praeclara
Fidei arx quondam, pugil atque fortis
Contra paganos,

Turcas ferosque Tataros, propugnans
Europam totam, ossibus ex nostrûm
Vindictam sumat, liberatrix clara
Nunc in catenis?!

Vaticinare! cur siles Ignati?
Num aures nostrae sunt iam obturatae
Audire indoctae: ferventem scintillam
Arundineto

Ignem movere, lapidemque parvum
Iam detrusisse eheu! colossos magnos!
Spem certam esse, qui confidunt semper
Deo regenti?

Vaticinare! cur oculos Tuos
Sursum non levas, ubi regens omnia
Effrenos reges digito divino
Domat, compescit?

Sed iam sinamus, quum nos simul Tecum
Deum precemur, solem libertatis
Tam pro Ecclesia quam pro patria cara
Nobis condonet.

Nunc vota nostra iungimus cum Tuis:
Diem laetiorem videas senilis,
Quo possis fari una cum Simone:
Nunc me dimittas,

Quia viderunt salutare Tuum
Oculi mei „saeculi en! lumen“,
Quod oriturum est in Ecclesia nostra
Post Pium Nonum!

Et post supremum diem, quo exuvias
Deponent Tui limine in Ecclesiae,
Ex tumba clames: Vindex esto Deus
Sanguinis justi

Effusi toties pro Tua Ecclesia
Fusi nunc etiam per tirannos feros
Et licet putrem sine me gaudere,
Salva iam patria!

BIBLJOT. UNIW. W POZNANIU

BG0863767